Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dm. Dic ergo eis ihc. Si ds pr ur esset: diligeretis utiq;
me. Ego enim ex do processi et uenio. Neq; enim a me ipo uenio:
sed ille me misit. Quare loquela mea non cognoscetis? Qia
non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo
estis: et desideria patris uri uultis facere. Ille homicida
erat ab initio: et in ueritate non stetit. qia non est ueritas in eo.
Cum loquitur mdacium ex pria loquitur: qia mdax est et pater eius.
Ego autem qia ueritatem dico: non creditis mihi. Quis ex uobis ar-
guet me de peccato? Si ueritatem dico: quare uos non creditis mihi.
Qui est ex do uerba di audit. Feria. vi. Ezechiel. ppha.
Hec dicit dns. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius
non portabit iniquitatem patris: et pr non portabit iniquitatem
filii. Justicia iusti sup eum erit: et impietas impii erit sup eum.
Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis q opatus
est: et custodierit uniuersa precepta mea: et fecerit iudicium et
iusticiam: uita uiuet et non morietur. Omnium iniquitatum eius qs
opatus est non recordabor. In iusticia sua qua opatus est uiuet.
Sicut uoluntatis mee est mors impii dicit dns ds: et non ut con
uertatur a uiis suis et uiuat? Si autem auerterit se iustus a iusticia
sua et fecerit iniquitatem secm oms abhominationes qs opari
solet impius: nuqd uiuet? Omnis iusticie sue quas fecerat non
recordabuntur. In preuaricatione qua preuaricatus est et in peccato
suo qd peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa
via dni. Audite dom isrl. Nuqd uia mea non est equa: et non magis
uie iuste prauee s? Cum ergo auerterit se iustus a iusticia sua et fe-
cerit iniquitatem: morietur in eis. In iusticia sua qua opatus est
morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua qua opa-
tus est et fecerit iudicium et iusticiam: ipse animam suam uiuifi-
cauit. Considerans enim et auertens se ab omnibus iniqui-
tatibus suis quas opatus est: uita uiuet et non morie-
tur. Dicit dns omnipotens.